

... et pro
... exi
... **Q**
... qua
... fem
... pmanes
... ganat
... **S**
... mis
... fili
... ne
... nobis
... **Q**
... **ne** **le** **po**
... qua
... no du
... inoce
... **Q**
... **Q**
... **Q**

Hec. Conuenienter
nobis iunū in hoc est
dūicā cena mēmorie. In
q̄sq; em̄ suā cenā p̄sumit
ad mādūcādū. Et alii quide
esurit. alius aut̄ ehus est.
Nūquid domos nō hēns ad
mādūcādū. et bibendū. et
eccliar; di coceptū. et cō
sūdins eos qui nō habet.
Quā dicit nobis. Laudo uos
in hoc nō laudo. Ego em̄ ac
cepi ad dō. qd̄ et tradidi uob;
qm̄ dñs ihc in q̄ nocte t̄c
bat. accepit panes et grās
ages fregit et dixit. **H**oc ē cor
pus meū qd̄ pro uob; t̄c
hoc facite in eā cōmēmō
nē. **S**umit et calicē postq;
cenauit dicens. **H**ic calicē in
uū testamētū ē in eo saque

91
41
Γ Α Μ Η Λ Ι Α

Ad Thalamum

Reuerendi, nec non humanissimi
doctissimiq; viri, Dn.

M. GEORGII

KIRSTENII;

Pastoris Ecclesiae Grosgottharanatum
superioris, quæ est ad D. Valpurgin, in
Thuringia, vigilantissimi, SPONSI,

Legitimum contrahentis matrimonium VVur-
cene, ad 27. diem Februarij, Anno τῆς αἰα-
θενοτοκίας c 10. 10. 10.

C V M

Castissima lectissimaque virgine

CATHARINA,

Integerrimi ac prudentis viri THOMAE
DENNERDTI, ciuis ac Senatoris Reipu-
blicæ Grimmensis probatissimi, Filia
genuina, SPONSA:

Moris, honoris & amoris ergo decantata
ab AMICIS.

Aristot. lib. 8. Eth. Nic. c. 12.

οἱ δ' ἀνθρώποι ἐ μόνον τῆς τεκνοποιίας χάριν συνοικεῖται·
ἀλλὰ καὶ τῶν πρὸς τὸν βίον.

LIPSIÆ imprimebat Michaël Lantzenberger.

247

STADTBIBLIOTHEK CHEMNITZ



A D M. G E O R G I V M
K I R S T E N I V M S P O N S V M.

Dicite Pontifices, quæ plana mente rogabo,
Esse sacramentū coniugiūne placet?
Perplacet: ulterius, sacris mysteria mystis
Conueniunt? mystis mystica conueniunt.
Ergo sacerdotem quo iure vetatis inire,
Dicite Pontifices, connubiale sacrum?
Sentit ab his longè diuersum, munera quæ sint
Præsulis ex Pauli dogmate K I R S T E N I V S.
Approbo consilium, quo missa cœlibe vita
Mutua coniugij fœdera, Sponse, feris.
Scilicet expertus doceas mysteria præco, (get.
Quantus amor Christum Christicolasq; li-
Pronubus ille D E V S cum lecta coniuge donet
Pectoris omne bonū, corporis omne bonū.
Alma Ceres victum concedat, gaudia constans
Præstet amor, lecti pignora blanda Venus.
Talia percipiens, ô Sponse, fauentibus astris
Voce celebrando testificare palam: (lum,
Tantus amor CHRISTVM iungit Christiq; popel-
Coniugibus fidis quantus inesse solet.

M. VVolfgangus Hauerus.

ALLE-



ALLEGORIA BREVIUSCVLA

QVIDEM SED SVBLEPIDA

Ritus Nuptialis apud Antiquos
vsitatissimi.

Cypri & alatus iuxta Cyllenius olim
Stabant ad sacri limina sacra thori:
Non procul hinc Charites Peithoq; venusta sedentes
Aptabant docta consona verba lyra.
Monstra quid hac monstrant? edissere SPONSE, priusquã
Discingas SPONSÆ cingula vota tua.
Quid mussas? cur cor tremulum Tibi palpitat intus?
Pallida cur violens perfluit ora rubor? (herent
TVTEES MERCVRIVS; CATHARIS tua CYPRIIS; ad-
Huic CHARITES: Peitho sed benesuada Tibi.
Tu nanq; INTERPRES Superũm mysteria pandis
Enthea; Tu retegis iura sacrata poli.
NUNCIVS es IOVÆ; Tua Vox prænuncia IOVÆ
Fulmineo reprobis nunciat ore minas.
Cælesti VIRGA fontes Acheronte reducis;
Si peredat scelerum saucia corda dolor:
Hac alijs, quibus est malesana cupido furendi,
Tanaria reseras ostia saeva Domus.
Induit Ipse tuis CHRISTVS TALARIA plantis
Concredens Verbi dogma salubre sui.
Hoc subnixus agis ventos ac turbida tranas
Nubila, qua Noctis Filia cogit atrox.
Adde quod Orphea fidicen TESTVDINE fretus
Pangas chromaticum, non sine melle, melos.

At Tua pulcellam CATHARIS CYPRI in amula vin-
Non secus ac Phæben Phæbus; Onyxq; Vitrum. (cit;
Exæquant marmor Cervix, aurumq; Capillus;
Ora rosas, Helices lumina casta faces.
Fronte micat Candor; manibus Labor ardet utrisq;
Et Pudor in malis, cordeq; feruet Amor.

Cum talis sis SPONSE: TIBI quis denegat HERMA
Nomen? quis SVADAM non TIBI spontè dicet?
Cum talis sit SPONSA: neget quis CYPRIDOS illi
Nomen? quis quartam perneget esse CHARIN?
Oedipus elusit Sphingem: nunc ponè subintra
SPONSE thorum; & SPONSÆ cingula soluetna.
Cingula dum soluis: sacras Hymeneus ad aras
Astat, & hoc lato succinit ore melos:

H Y M E N A E V S.

O ter beatum, cui iugat integram
Vitæ puellam coelipotens DEVS!
Hæc quippe Lydo præstat auro
Gangeticis potior Smaragdis.
O Te beatum SPONSE ter & magis,
Cui Nympha talis cominus accubat!
Dispande pectus delibutum
Euphrosynes benolente mulso;
Innecte collo brachia lacteo;
Libaque labris basia roridis:
Dum lusitans finit Iuuenta:
Mox Libitina feret feretrum.
Vestros fecundet IOVA thoros: Eris
Absit repugnax; Adsit ERAS; Ceres
In capsula, Lyæus orca,
Vbere perpetuo redundent.

Si quan-

Si quando Capri Cynthius Africi
Lustrabit astrum: diua Georgulum
Lucina paruulum parenti
Vel Catharin pumilam ministret.

Ονοματοχαριεντισμός ad SPONSVM.

Fidus es Heuigenum pariter CHRISTIQ; COLONVS.
Diuum nam diuo semine spargis AGRVM.
Quid? CVLTVRA noui Tibi iam conceditur AGRV,
Qui Veneri sacer est, & Prothyrae, tibi. (NI.
HVNC COLE dexter AGRVM, & nomen defende COLO-
CVLTVS AGER faetus proferet innumeros.

Ad SPONSAM.

ES CATHARIS: PVRO flagrat Tibi pectus amore;
Enitet è PVRO PVRIOR ore nitor.
Es CATHARIS: Sophia praest CATHARINA Magi-
Tu subes at Sophia Sionidumq; duci. (stris:
Sis CATHARIS: plures pueros pare postmodò pueros:
Sic capies PVRAM PVRIOR Aula poli.

Χρονολογία ab Acronycho oculi Vir-
ginis ortu petitum.

Vespere Virgo suos surgens attollit ocellos:
CVM subit (en!) Lectos Vespere Virgo suos.

M. Iohannes Forsterus
Aurobachius φιλοφροσύνης
ergo fudit.

Α 3,

Σύγχαρ-


Σύγγραμμα.

Quam nunc, ô Reuerende vir, Sionis
 Cultor, Castalidum decus sororum,
 Dum paras thalamos novos cupitæ
 Virginis, teneræ, probæ, pudicæ:
 Quam nunc Dædaleas mihi expetiscam
 Alas, hinc Philyra quibus volarem
 Lipsiâ lepidas ad vsque tædas:
 Vt coràm, thalamo dicanda vestro
 Reddam, quæ Charites, nouemque vota
 Dictârunt calamo meo sorores.
 Gestit mens, animus meusque gestit
 Ad tædas properare nuptiales:
 Verùm tanta meam negociorum
 Moles implicitam tenet Camœnam,
 Vt, si nunc cupiam tuis adesse
 Tædis, haud series sinat laborum.
 Vt tamen precibus tuis, Amice,
 Mysta, Tyrigetùm, nouelle, ad oras
 Telluris benè fertilis, feracis,
 Nonnihil maneat loci relictum:
 En hîc hendecasyllabis Thalia
 Applaudit thalamo, nouisque tædis:
 Ambiat thalamum, thorumque vestrum,
 Alma Pax, placidæ comesque vitæ.
 Concordes animi, piæque mentes
 Sint vobis, thalamum ligentque firmum.
 Qualis Penelope suo Marito,
 Qualis Aeolides suæ Maritæ,
 Tales vos eritis, procul fugato
 Asmòdo Garamantas vsque ad imos.

Fortu-

Fortuna exoneret suas quadrigas
 Plenas Ambrosiâ, meroque dolci,
 Isthæc vos cumulet, secundet, ornet.
 Quæ mentem referat patris politam,
 Quæ matris nitidum notet pudorem,
 Ex vobis oriunda sit propago.
 Hæc vota ex animo pijs dicanda
 Nuptijs Charites, nouemque Musæ
 Dictarunt: pie sponse, sponsa casta,
 Mentis dona meæ probate, amate.

M. Adamus Reinhardus
 Eckartibergensis.



DN. SPONSO.

Κασάρων σε γαῖαν
 Φιλῆ, Φιλῆ σε Μυσις
 Πατρὶς Φίλη ἄρχρα,
 φίλτατ' ἀδελφέ.

Εὐφρόνως μὲν αὐτῇ
 Δέχεταί τὸν ἱερῆαι·
 Εκ κόλπου ἔδε μητῆρ
 Πέμπει ἄδωρον.

Αγαθὸν δὲ μηδὲ εἶναι
 Εἰδῆα μηθ' ὀδύην
 Μῆνον, βίη ὀδῆτε
 Δωρεῖ ἐταῖραν.

Χαῖρ' ἔν, Ἐταῖρε, χαῖρε,
 Καὶ προσδέχε ἐταῖραν,
 Ελένη τελέ, τελέ τε
 Ἴπποδάμειαν.

Tibi Thuringa tellus
 Fauet, fauetq; culta
 Natalis ora Mysis,
 Frater amice.

Illa excipit benigno
 Sinu polos sonantem:
 Nec munere absq; mittit
 Mater ab ulnis.

Quin non bonum, nec esse
 Solum nec ire, gnara,
 Sociâ via atque vitæ
 Donatiturum.

Gaude ergo, Sponse, gesti,
 Sociamq; suscipe istam
 Helenam tuam, tuamq;
 Hippodamiam.

Εἰκὴς

Εἰκῆα τοῖν γὰρ ἀμφοῖν,
Υακινθίδ' ὀρόδων τε
Ζηλῶσα φύλλ' ἀγασῆ
Μνηστὴ ὀπωπῆ.

Τὴν Νυμφί' ὀπάρξον
Κύσφ; τὰ χεῖλη ἀβροῖς
Τοῖς χηλέεσσιν ἐς τὰ
Μύρια μίξφ.

Ὡστ' ἔσσεαι ποθῆνός
Νύμφη γεωργός· ἔσαι
Ὡς ἀμπελ' ὀποθῆνῆ
Νύμφα γεωργῶ.

Τῆμος δε θᾶσαι εἴη
Τῆς κλήματ' ἀμπέλοιο,
Εράς' αἰεὶ μακροῖο
Θέλκτρα βίοιο.

Ἄλις· Νέοιν σωδῶνοι
Παῖτη παρῆ ὀδηγός
Ραφαήλ, γάμον μελαίνης
Κῆρσιν ἀλάλκων.

*Hanc nam refert & illam,
Hyacinthidi rosisq;
Catharis nitente certans
Frontis honore.*

*Bella ista Tu labella,
Genasq; mollicellas
Suaviabere? Vsq; ad
Millia mille.*

*Sic Sponsus expetitus
Maritula colonus:
Sic vitis expetita
Sponsa Colono.*

*Licebit at tueri
Hinc palmites nouellos,
Solamina usq; & usq;
Gaudia vite.*

*Sat est: Nouis maritis
Vita ille dux viaq;
Raphaël, toro sinistra
Fata fugabit.*

M. Georgius Schreinerus,

τῆς φιλαδελφίας ἕνεκα Ἀνακρε-
οντίζων σωπευφήμησε.

F I N I S.



aut emissa voce magna ex
piravit **ps. nr.** Et uidi ce
phi lassu e' in duo. alio me uita
deorsu. Vides aut e' in quo
exadulo stabat. ga sic clamor
expirasti ait. Ver. hic homo
di filius erat. Erat aut e' in
heres de lege aliter. Me
qs erat in. Me. Me. Me.
et maria. Me. Me. Me. Me.
yoseph. Me. Me. Me. Me.
Et cu' e' in. Me. Me. Me. Me.
eu. et misit. Me. Me. Me. Me.
miser q' h'nt. Me. Me. Me. Me.
ultra. **ex.** **E**rat
seru e' in. Me. Me. Me. Me.
erat qd e' in. Me. Me. Me. Me.
yoseph. Me. Me. Me. Me.
decurio. Me. Me. Me. Me.
decurio. Me. Me. Me. Me.
me adpysate. Me. Me. Me. Me.